



**Disputationvm De Censuris In Commvni,
Excommunicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Disputatio XXXV. De tertio effectu interdicti, qui est Ecclesiasticæ
sepulturæ, vel ingreffus Ecclesiæ priuatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

runt, quam in contumacibus; & quod aliqua materia sit grauis respectu horum, quæ comparatione aliorum sit leuis. Sæpe etiam accidere potest, ut hæc culpa sit leuis ex quadam pia intentione, licet indifcreta; quod prudenter pensandum est secundum occurrentes circumstantias.

10
Que denū-
ciatio in-
terdicti re-
quiratur
ad hanc
culpam.

Ut autem nunc hæc culpa locum habeat necessarium est, ut interdictum denunciatum sit, ob Extrauag. *Adeuitanda*. Alqui etiam addunt oportere, ut ab Ecclesia matrice seruetur, si interdictum generale sit, argumento Clementinæ primæ, de Sententia excommunicationis. Sed non opinor esse hoc necessarium, nam sufficit censuram esse denunciata iuxta prædictam Extrauagantem, vbi unusquisque eam seruare teneatur in eo, quod ad ipsum spectat. Vnde si in aliquo casu Ecclesia principalis interdictum non seruauerit, poterit id conferre ad euitandam excommunicationem latam in illa Clementina 1. de Sentent. excommunicationis, quia illa solum fertur in religiosos, qui in sua Ecclesia non seruant interdictum, quando Ecclesia loci illud seruauit: non vero conferet ad tollendam obligationem seruandæ censuræ sufficienter denunciata; quod recte sentit ibi Glossa verbi *Sabaiere*: & idem sentit, licet subobscure, Couarruias dicto §. 2. n. 3.

Glossa
Couarr.

11
Alia codi-
cio ut obli-
gatio ser-
uandi in-
terdictum
teneat.
C. Petisti,
de Priuil.

Additur etiam iniure, ut hæc obligatio seruandi interdictum in aliis oriatur, necessarium esse, ut ab his, propter quos latum est, seruetur, ut sumitur ex cap. *Petisti*, de Priuilegiis. Per eos autem, propter quos interdictum dicitur esse positum, non intelliguntur illi, qui causam dederunt interdicto: nam eorum transgressio, & contumacia non debet esse occasio relaxandi interdictum, quod in eorum profectum redundaret: sed intelliguntur illi in quorum gratiam positum est interdictum: nam si ipsi non seruant, non merentur, ut Ecclesia alios prohibeat à diuinis in gratiam eorum. Atque ita non liberantur alii hoc onere ex facto aliorum, quod per se se consideratum inordinatum fuerat, sed ex benigna interpretatione, & concessione Ecclesiæ, ut in eodem iure declaratur. Vnde, si interdictum, in vnius gratiam positum esset, satis est quod ille non seruet: Si autem esset latum in gratiam multorum, oportebit ut saltem à maiori parte non seruetur: Necessè est etiam, ut interdictum non obseruent perseveranter, seu tali modo ut animum perseverandi significant: nam vna vel alia transgressio per occasionem non satis est, ut simpliciter dicantur non seruare interdictum, & consequenter, nec ut ea de causa suspendatur vel tollatur: atque hunc in modum intelliguntur textum illum Doctores communiter. Estque hæc exceptio ad omnes alias prohibitiones huius interdicti localis applicanda, nam potius est quædam reuocatio, vel suspensio interdicti, illa occasione facta à iure, & ideo cessant omnes prohibitiones non solum ad laicos, sed etiam ad clericos pertinentes. Quapropter idem dicendum erit in omnibus casibus, in quibus interdictum iure, vel ab homine suspenditur pro ratione suspensionis, ut supra tactum est, & in sequentibus latius dicetur.

12
In quibus
casibus pos-
sit laicus
interesse
diuinum re-
pote inter-
dicti.
Primus.

Quomodo autem ratione priuilegii, vel ob aliam occasionem possit laicus aliquando interesse diuinis, in superioribus sufficienter tactum est: omnis enim casus ad tres reducitur. Primus est quando quis habet priuilegium à Romano Pontifice concessum: solus enim ille id concedere potest, ut dixit Glossa in cap. *Ad hæc*, de Appellat. in fine, ubi etiam Panormitan. num. 4. & alii idem sentiunt. Quod latius examinabimus infra agentes de Suspensione interdicti. Secundus casus est, quando laicus est familiaris alterius singularis personæ, quæ priuilegium habet, eamque comitatur iuxta cap. *Licet*, de Priuilegiis. Tertius est, quando clericus indiget aliquo ministerio laici, ut sacrum officium peragat modo libi licito, ut in superioribus declaratum est.

Tertia conclusio.

Vltimo dicendum est, Ob meram transgressionem interdicti, quam laici committunt se ingerendo diuinis officiis nullam penam, vel censuram incurrere. Probatur, quia nulla in iure inuenitur. Dixi autem, Ob meram transgressionem, &c. nam si laicus aliquo speciali modo concurrat ad celebrationem contra interdictum: vel speciali pertinacia interdictum violet, sic sunt aliqui casus in iure expressi, in quibus ob eam causam specialem censuram incurrit: Iuxta Clement. 2. de Sententia excommunicationis. Vbi excommunicantur ipso facto laici, qui cogunt quempiam celebrare diuina officia in loco interdicto, vel prohibitis publice vocant, ut diuinis officiis in loco interdicto celebratis inter sint: vel prohibet, nec interdicti, qui Missæ interfunt, exeat postquam à celebrantibus moniti sunt: & tandem excommunicantur etiam ipsi interdicti, qui post similem monitionem non exeant: quos omnes casus supra late exposuimus agentes de Excommunicatione. Vnde laicus nunquam fit irregularis immediate propter violationem interdicti, ut notauit Couarruias in c. *Alma*, part. 1. §. 1. nu. 3. quia in iure non est expressum: & a fortiori patet ex supra dictis, quod clerici etiam ipsi, si ad diuina concurrant non modo proprio clericorum, sed communi laicorum, non fiunt irregulares.

DISPUTATIO XXXV.

De tertio effectu interdicti, qui est: ecclesiastica sepultura, vel ingressus Ecclesiæ priuatio.

TERTIVS effectus interdicti, quem in superioribus supposuimus, est priuatio ecclesiasticæ sepulturæ, qui nunc superest declarandus: cum eo vero coniungimus alium, qui licet vniuersalis non sit, interdum adiungi solet, & habet proportionem quandam cum priori: quia per vnum priuatur viuus, ne Ecclesiam ingreditur per alium vero priuatur defunctus, ne in eam inferatur. Vtrumque ergo in hac disputatione expeditimus.

SECTIO I.

Utrum omne interdictum generale loci priuati ecclesiastica sepultura.

IC effectus expressus est in iure: est autem singulis interdictis applicandus cum proportionem illis accommodata, & moderationibus vel exceptionibus in iure ipso declaratis: quæ in interdicto generali loci plures sunt: & ideo de illo prius in particulari dicemus, & consequenter de aliis.

Dico ergo primo, per interdictum generale loci prohibitum est, ne aliquis in illo loco ecclesiasticam sepulturam accipiat: nisi sint personæ, quæ à iure vel ab homine priuilegium, seu exceptionem super hoc habeant. Conclusio est expressa in cap. *Quod in te*, de Penitentia & remissione, & sumitur ex cap. *Cum & plantare*, §. *Quod si*, & cap. *Ve priuilegia*, de priuilegiis, & cap. *Episcoporum*, eodem tit. ubi, in 6. & Clementina prima de sepulturis. Ratio solum est, quia ita statutum est ob maiorem rigorem ecclesiasticæ disciplinæ: & ut fideles magis graui inter-

interdictio maiori diligentia eius causam tollendam procurant. Hoc autem adeo verum est, ut non solum adultis fidelibus, sed etiam infantibus baptizatis huiusmodi sepultura deneganda sit. Quia iura simpliciter, & absolute loquuntur, & hic actus æque locum habet in infantibus, ac in adultis: Quia corpus, quod sepelitur mere passivum se habet, & ex parte eius rationis actus non requiritur, & ideo quoad hanc prohibitionem, æque sunt apta corpora infantium, ac adultorum. Imò hæc prohibitio ad ipsos viuentes proprie refertur, & sic prohibet, ne in tali loco sepulturam alicui tradant: obligat ergo ne infantibus etiam sepultura ecclesiastica detur. In quo est magnum discrimen inter hanc prohibitionem, & aliam de audiendis officiis, quia illa requirit actum rationis, quod bene notavit Couarruias in c.

A hoc privilegio: quia solum gaudent privilegio fori Clerici & Canonici, si quis suadente, & notarunt Couarruias supra, & Nauarrus cap. 27. n. 173. & 174. qui hoc limitat, nisi contrarium habeat consuetudo præscripta in clericis coniugatis cum unica virgine, unde indicat generalem regulam, nimirum, quoties sic clerici coniugati licet admittuntur ad divina tempore interdicti ad modum aliorum clericorum, licite etiam sepeliri in loco sacro; quam regulam veram censeo: quia & est eadem ratio utriusque effectus, & quia illi quoad hoc negotium interdicti, adhuc manent, & computantur in clericorum numero. Præterea non gaudent hoc privilegio degradati seu realiter depositi, quia inter clericos non computantur; quod si esset, si depositio sit tantum verbalis: quia hæc non tollit privilegia, ut supra videbimus.

Comprehenduntur vero nomine clericorum omnes personæ ecclesiasticæ, quæ licite divinis interfunt, & suo modo illa celebrant tempore huius interdicti, de quibus supra dictum est; & vltus ipse ac consuetudo ita explicare videtur hoc privilegium. Et ratio etiam id exigit: nam, si in his, quæ spectant ad rigorosam observationem interdicti clericorum nomine omnes hæ personæ comprehenduntur, etiam in hoc favore comprehendendi debent.

Tandem additur ibi moderatio servanda in usu huius privilegii. Et requiritur quatuor conditiones: Prima, ut sepultura detur in cimiterio Ecclesiæ: unde non videtur concedi, ut intra Ecclesiam sepeliri possint: non enim sine causa fit illa loci specificatio. Nam cum omnis locus sacer esset negatus ex vi interdicti, & solum concedatur minus nobilis, & accessorius locus, non videtur concedi principalis, sed potius tacite denegari. Unde etiam est regula iuristarum superius tacta, nomine Ecclesiæ comprehendendi cimiterium: non vero è contrario: quia accessorium sequitur principale: & non è contrario, Hæc vero interpretatio, quamvis appareat rigori verborum consentanea, nimis tamen rigorosa existit. Et quæ difficile creditur solum illum locum concedi clericis in sepulturam, qui minus decens videtur, statui, & dignitati eorum: & ideo fortasse nomine cæmeterii significatus est omnis locus aliquo modo sacer ad fidelium sepulturam destinatus: nam quia olim frequentius sepeliri solebant fideles in cæmeteriis, ideo ex frequentiori usu omnis locus ecclesiasticæ sepulture sub illa voce comprehensus est. Atque hæc interpretatio sicut favorabilis est: ita communiter recepta videtur. Et fundari optime potest in Clementina de Sepulturis.

Secunda conditio est, ut fiat sine pulsatione campanarum. In qua idem servandum est, quod supra in simili adnotavimus de divinis officiis. Tertia, ut fiat cessantibus solennitatibus omnibus. Quod intelligendum est de solennitatibus ecclesiasticis, quibus divina officia peragi, & corpora mortuorum deferri solent: nam alia, quæ pertinent ad humanum honorem, non pertinent ad prohibitionem interdicti. Quarta est, ut cum silentio tumulentur. Circa quam dubitari potest, an prohibeatur non solum cantus, sed etiam Psalmorum, aut officii mortuorum recitatio. In quo distinguendum cenleo vel ex vi illius iuris, vel ex vi capituli Alma. Item de recitatione officii intra ecclesiam, vel per viam cum defertur corpus defuncti, aut cum in cæmeterio tumulatur. Ex vi ergo illius iuris videtur quidem prohiberi non solum cantus, sed etiam omnis publica recitatio ecclesiastici officii submissa voce facta: qualis nunc permittitur ex cap. Alma. hoc enim in rigore significat verbum illud, Sub silentio, quando enim iura volunt concedere celebrationem ecclesiastici officii, non videntur verbis similibus: sed expresse concedunt, ut possint divina officia dici voce submissa: hic autem omnino silentium postulat.

Quapropter ex vi huius concessionis non possit

Bbb 4 set

Etiam in infantibus habet locum absolutio.

Couarr. Altit. p. 1. §. 4. n. 5. Quid sit sepultura ecclesiastica. Et loco interdicti possunt deferri corpora, & alia sepiunt.

Theologi, d. 18. c. 22.

Limitatio censuræ.

Quantum sententia clericorum privilegia, circa hanc penam.

Clerici & Canonici, si quis suadente, & notarunt Couarruias supra, & Nauarrus cap. 27. n. 173. & 174. qui hoc limitat, nisi contrarium habeat consuetudo præscripta in clericis coniugatis cum unica virgine, unde indicat generalem regulam, nimirum, quoties sic clerici coniugati licet admittuntur ad divina tempore interdicti ad modum aliorum clericorum, licite etiam sepeliri in loco sacro; quam regulam veram censeo: quia & est eadem ratio utriusque effectus, & quia illi quoad hoc negotium interdicti, adhuc manent, & computantur in clericorum numero. Præterea non gaudent hoc privilegio degradati seu realiter depositi, quia inter clericos non computantur; quod si esset, si depositio sit tantum verbalis: quia hæc non tollit privilegia, ut supra videbimus.

Gaudet hoc privilegio omnes personæ ecclesiasticæ.

Limitatur prædictum quatuor conditionibus. Nam cum omnis locus sacer esset negatus ex vi interdicti, & solum concedatur minus nobilis, & accessorius locus, non videtur concedi principalis, sed potius tacite denegari. Unde etiam est regula iuristarum superius tacta, nomine Ecclesiæ comprehendendi cimiterium: non vero è contrario: quia accessorium sequitur principale: & non è contrario, Hæc vero interpretatio, quamvis appareat rigori verborum consentanea, nimis tamen rigorosa existit. Et quæ difficile creditur solum illum locum concedi clericis in sepulturam, qui minus decens videtur, statui, & dignitati eorum: & ideo fortasse nomine cæmeterii significatus est omnis locus aliquo modo sacer ad fidelium sepulturam destinatus: nam quia olim frequentius sepeliri solebant fideles in cæmeteriis, ideo ex frequentiori usu omnis locus ecclesiasticæ sepulture sub illa voce comprehensus est. Atque hæc interpretatio sicut favorabilis est: ita communiter recepta videtur. Et fundari optime potest in Clementina de Sepulturis.

Secunda conditio est, ut fiat sine pulsatione campanarum. In qua idem servandum est, quod supra in simili adnotavimus de divinis officiis. Tertia, ut fiat cessantibus solennitatibus omnibus. Quod intelligendum est de solennitatibus ecclesiasticis, quibus divina officia peragi, & corpora mortuorum deferri solent: nam alia, quæ pertinent ad humanum honorem, non pertinent ad prohibitionem interdicti. Quarta est, ut cum silentio tumulentur. Circa quam dubitari potest, an prohibeatur non solum cantus, sed etiam Psalmorum, aut officii mortuorum recitatio. In quo distinguendum cenleo vel ex vi illius iuris, vel ex vi capituli Alma. Item de recitatione officii intra ecclesiam, vel per viam cum defertur corpus defuncti, aut cum in cæmeterio tumulatur. Ex vi ergo illius iuris videtur quidem prohiberi non solum cantus, sed etiam omnis publica recitatio ecclesiastici officii submissa voce facta: qualis nunc permittitur ex cap. Alma. hoc enim in rigore significat verbum illud, Sub silentio, quando enim iura volunt concedere celebrationem ecclesiastici officii, non videntur verbis similibus: sed expresse concedunt, ut possint divina officia dici voce submissa: hic autem omnino silentium postulat.

Dabitur deciderit.

E

Unde etiam sit, clericos coniugatos non gaudere

set dici Missa, nec responsoria cum vestibus sacris, & solenni asperione aquæ benedictæ, &c. Tamen supposita concessione cap. Alma, licite possunt intra Ecclesiam dici Missa, & qualibet alia officia sacra pro defuncto clerico sepeliendo cum circumstantiis ibi requisitis: quia ex vi illius iuris possunt qualibet officia diuina celebrari illo modo in Ecclesia generatim interdicta: ergo & Missæ, & officium defunctorum: ergo, coniungendo simul hæc duo iura, poterit clericus sepeliri cum huiusmodi officio. Et eadem ratione in illis festiuitatibus, in quibus ibidē conceditur cum tota solennitate diuina officia celebrare, licebit etiam cum eadem officium mortuorum dicere in sepultura clerici: quia, licet ex vi cap. Alma, sepultura non liceat, ut statim dicemus; tamē supposita concessione sepulture, alio iure facta, licitum est adiungere officium vel solennitatem in alio iure per se concessam: Vnde quoad partem derogatam est illud ius antiquum per hoc nouum. Si- cut etiam censeo, licet nunc non liceat sepelire laicos in loco sacro tempore interdicti, licere tamē pro eis Missas, & officia diuina facere cum moderatione c. Alma, quia illa concessio generalis est de omnibus diuinis officiis, & pro quacunque causa iusta, vel persona non excommunicata.

Hinc vero colligo, non licere hoc diuinum officium, vel Psalmos alternis choris Ecclesiastico more dicere per vias deferendo corpus defuncti: neque etiam in cæmeterio dum sepelitur, sepulturam benedici, &c. si cæmeterium sit apertum & publicum, ita ut ianuus claudi non possit. Ratio est, quia ex vi dicti capit. Quod in te, hoc est prohibitum, & per ca. Alma: non est concessum: quia non possunt seruari conditiones requisitæ ad diuina officia faciendā, præcipue illa, quod fiant iustus clausi. Item, quia est contra finem, ob quem illæ conditiones requiruntur, scilicet, ut officia illa à personis prohibitis non audiantur: illæ enim nullo modo vitari poterunt, moraliter loquendo, si per vias, vel in cæmeterio publico talia officia dicantur. Intelligendum autem hoc est de ecclesiasticis officiis, quæ à clericis publico ritu dici solent, ut supra declarauimus: nam preces priuatæ, quæ à laicis dici possunt recitari tunc poterunt, quia non sunt prohibita tempore interdicti. Si tamen intra Ecclesiam corpus sepelitur, iuxta opinionem probabilem supra positam: tunc licebit qualibet officia diuina facere cum moderatione c. Alma, dum corpus traditur ecclesiasticæ sepulture. Atque tota hæc doctrina consentanea est his, quæ traduntur D. Anton. in tract. de Interdicti. & Syluest. verb. Interdictum, quæst. 8. & alii.

An priuilegium per verba generalia concessum comprehendat hunc effectum ecclesiasticæ sepulture.

Vltimo addimus dictam limitationem propter alia priuilegia specialia, quæ super hoc concedi possunt, & solent. De quo, quia ad factum spectat, solum possumus admonere, ut vnusquisque consulat sua priuilegia, & verba illorum, atque id seruet, ut intelligat quid sibi concessum sit. Inquiri autem posset, quis valeat huiusmodi priuilegium concedere, & specialiter de Episcopo: nam de Summo Pontifice nullum est dubium: sed de hoc dicemus commodius infra agentes de suspensione interdicti. Circa verba autem ipsorum priuilegiorum dubitari solet, an si per generalia verba concedatur alicui, ut possit interesse diuinis officiis, censeatur concessa ecclesiastica sepultura; & similis quæstio est, an ex vi cap. Alma, liceat in dictis festiuitatibus ibi priuilegiatis corpora laicorum sepelire publico, & solenni ritu. Videtur enim in vtroque dubio affirmandum esse; quia sepultura ecclesiastica est v-

num ex diuinis officiis: ergo comprehenditur sub generali concessione, maxime cum fauores ampliandi sint. Atque hanc sententiam in vtroque casu proposito tenuit Angelus verbo Interdictum, num. 35. & 36. secus Caldericum, idem Syluester verbo Interdictum, quæst. 2. & 8. Et fundatur primo, quia sepultura Ecclesiastica præcipue prohibetur ratione diuini officii: & ideo postquam diuinum officium permissum est, etiam sepultura ecclesiastica censetur permissa. Secundo, quia cui communicamus viuus, possumus etiam communicare defuncto, argumento cap. A nobis, 2. de Sententia excommunicati. ergo cum viuus admittitur ad diuina officia, ei consequenter conceditur, ut post mortem habeat Ecclesiasticam sepulturam.

Quod si obiciatur, sequi ex hac sententia, licere nunc sepelire tempore interdicti fideles quibuscumque diebus, cum moderatione c. Alma: quia si diuina officia cum illa permittuntur, etiam permittetur Ecclesiastica sepultura, iuxta primum fundamentum hic positum. Respondentur negando consequentiam: quia licet diuina officia clericis permittantur, tamen ex vi cap. Alma, non permittitur laicis eis interesse: & ideo nec post mortem eis conceditur Ecclesiastica sepultura: quia quibus non communicamus viuus, nec communicamus defunctis. At vero si priuilegium habeant audiendi diuina, iam cum eis communicatur viuus: & ideo quocumque die poterant in loco sacro sepeliri, seruatis conditionibus cap. Alma mater. Hæc sententia, ut Couarruias dixit, est benigna, in rigore tamen iuris non videtur vera.

Dicendum ergo censeo, relaxationem, vel suspensionem interdicti, vel priuilegium, si sit præcisè ad audienda diuina, ex vi verborum non extendi ad Ecclesiasticam sepulturam. Hæc est communior sententia Iuristarum cum Glossa in Clementina de Sepulturis in principio: & Couarruias in cap. Alma, part. 2. §. 5. numer. 6. eam sequi videtur, licet non omnino constanter: eandem tenet Maiolus lib. 3. de Irregularitate: cap. 23. num. 8. Ratio præcipua est, quia hi tres effectus priuationis, Sacramentorum, diuinorum officiorum, & sepulture Ecclesiasticæ distinde numerantur in iure, cap. Si ciuitas, de Sententia excommunicati. & cap. Episcoporum, de Priuilegiis, eodem lib. Vnde constat esse distinctos, & in rigore verborum vnum sub alio non comprehenditur: ergo nullum est fundamentum, ut priuilegium, vel legem quantumuis fauorabilem ab vno ad alium extendamus: quia ampla beneficii interpretatio contineri semper debet sub verborum proprietate. Preterea fallum est, sepulturam sacram ut sic contineri sub diuino officio, aut solum propter diuinum officium prohiberi: ergo licet quis admittatur ad diuina officia, non propterea ei conceditur Ecclesiastica sepultura. Consequentia est clara: quia si illa sunt diuersa, & vnum quodque per se prohibetur, & non vnum dependenter ab alio, restitutio vnus, nec formaliter, nec virtute est restitutio alterius: sicut in superioribus dicebamus, concessio vsu Sacramentorum, non concedi diuina officia, neque è conuerso, nisi ubi est aliqua connexio. Antecedens vero patet quoad priorem partem, quia sepultura sacra nihil aliud est, quā participatio loci sacri post mortem, officium autem diuinum cōsistit in aliqua publica oratione, vel sacrificio, vel cæremoniis eius. Et patet etiam è cōtrario: quia si quis esset prohibitus à diuinis officiis, & in iure non esset expressum, non esset ideo priuatus Ecclesiastica sepultura: sicut nunc qui est interdictus à diuinis officiis, non est interdictus ab ingressu Ecclesiæ: quia hæc sunt diuersa, & non necessario connexa: ergo & è contrario, qui ad vnum restituitur, non propterea restituitur ad aliud. Denique vtrumque videtur in iure expressum: nam in cap. Quod in te, de Pœnitent. & remiss. ad-

Pro laicis mortuis Missa dici possunt tempore interdicti.

10. Nec per vias in deferendo corpore, nec in cæmeterio possunt recitari officiæ vel psalmi.

Ca. Alma. D. Anton.

Parti affirmati.

admittuntur Clerici ad Ecclesiasticam sepulturam, A
sine diuino tamen officio ex vi illius textus, vt supra
declarauit: & ita constat, Ecclesiasticam sepulturam,
per se concedi absque diuino officio. E contrario
vero in cap. Cum & plantare, §. Quod si, de Priuilegiis,
permittuntur diuina officia in Ecclesia interdicta
per quoddam priuilegium: negatur tamen nihilo-
minus Ecclesiastica sepultura. Et ita etiam constat,
sepulturam non tantum propter diuinum officium,
sed per se negari: imo etiam constare, sub concessio-
ne diuinorum officiorum non comprehendi Eccle-
siasticam sepulturam, saltem ergo esse solum propter
officia prohiberi.

12. Dices: prohibito alicui ingressu Ecclesie, prohi-
bentur diuina officia in Ecclesia, cap. Item, de Sen-
tentia excommunicationis, c. 6. ergo & e contrario, si ali-
cui conceduntur diuina officia in Ecclesia, concedi-
tur etiam ingressus in Ecclesiam: ergo si alicui con-
ceditur participatio diuinorum officiorum in Ec-
clesia, etiam post mortem eidem conceditur ingres-
sus in Ecclesiam, & permanere in illa, etiam post
mortem: quod fit per sepulturam sacram. Respon-
detur, committi æquiuocationem in illatione: nam
in primis aliud est loqui de presentia, aliud de par-
ticipatione diuinorum officiorum: participant enim
etiam abentes de fructu sacrificii, vel diuini
officii, si pro eis offeratur, seu dicatur. Vnde non
solum quicumque laici non priuilegiari, sed etiam
interdicti, si excommunicati non sint, possunt esse
participes sacrificiorum, & diuinorum officiorum,
licet eis interesse non possint. Non ergo recte fit
illatio à participatione ad presentiam, & ideo non
est simile quod affertur: nam cui conceditur cele-
bratio, vel assistentia diuini officii in Ecclesia, etiam
conceditur ingressus; quia necessario præsupponit-
ur: quando vero conceditur absoluta celebratio
diuinorum officiorum in tali loco, vel pro tali de-
functo, non propterea conceditur illi sepultura in
tali loco: quia hæc non necessario præsupponitur,
vt per se notum est. Vnde sæpe aliquis habet ius, vt
pro ipso dicatur officium post mortem in aliquo
loco, non tamen vt ibi sepelatur.

13. Ex quo etiam certum esse censetur, ad dicendum
nunc officium, vel sacrificium offerendum pro
quocunque defuncto non excommunicato nullum
priuilegium esse necessarium, cum tamen ad admit-
tendum illum ad sepulturam necessarium sit. Ratio
est, quia illa oblatio, vel participatio non est prohi-
bita ex vi interdicti. Adde vero non esse improba-
bile, quod ex vi priuilegii audiendi diuina officia,
possit corpus alicuius post mortem ad Ecclesiam
deferri, vt in eius presentia exequatur, & diuina offi-
cia dicantur, dummodo illis finis extra locum sac-
rum sepelatur. Et in dicendis officiis seruetur mo-
deratio, cap. Alma, extra illas festiuitates priuilegia-
tas, nam in illis poterunt talia officia publice, & de
more fieri. Imo in illis diebus absque alio priuilegio
poterit hoc fieri cum quolibet defuncto non exco-
municato; quia si esset viuus, posset admitti ad di-
uina officia, & post mortem ex vi illius presentie
ad hoc tamen quodammodo admittitur, & non ad
Ecclesiasticam sepulturam.

16. Quinetiam dici potest, semper posse fieri non
obstante interdicto, cum quocunque fidei non ex-
communicato absque alio priuilegio seruata ex parte
diuinorum officiorum moderatione, cap. Alma:
quia corporalis presentia cadaveris ad diuina offi-
cia nullibi prohibita est ex vi interdicti, sed sola Ec-
clesiastica sepultura, quæ est res diuersa, & separabi-
lis ab altera. Sub prohibitione autem, per quam
laici excluduntur à diuinis, non videtur contineri,
quod defunctorum corpora non possint in Eccle-
siam deferri, vt illis presentibus officia dicantur:
quia, vt supra dicebamus de infantibus, ibi solum
prohibetur presentia humana, quæ includat actum
rationabilem, qui per verbum audiendi diuina in-

dicatur, cuius capax non est corpus defuncti. Est er-
go hoc probabile, mihi tamen dubium, tū propter
vsum, tum etiam quia saltem per quandam analo-
giam illa censetur quædam presentia humana eo
modo, quo ille censetur idem homo: & ad moralē
æstimationem, quæ in his rebus maximè confide-
ratur, multum valet hæc analogia, & communis ap-
prehensio: tamen supposito priuilegio, videtur tolli
omne dubium.

17. Atque hinc constat, quam vim possit habere in
presenti illud axioma: Cui communicamus viuus, etiam
possumus communicare defuncto: & in quo sensu male
applicetur. Ad concludendum ergo id, quod alia
opinio intendit de sepultura Ecclesiastica, non re-
cte applicatur, quia debet intelligi respectu earun-
dem rerum, & supposita capacitate, nam à diuer-
sibus non fit illatio; hæc autem tria distincta, & diuersa
prohibentur: & ideo licet in vno, id est in officiis di-
uinis communicamus viuus, non sequitur in alio, id
est in sepultura communicare defuncto: sicut nec
sequitur, cum eodem viuus si communicamus in of-
ficiis, communicare in sacramentis, nisi vtrumque
concedatur item alicuius communicationis ex ca-
pax homo viuus, cuius non est capax defunctus, &
e contrario. In auditione enim officiorum non co-
municat defunctus, nec in sepultura communicat
viuus, nisi quatenus ius, vel facultas illius homini,
dum viuit, conceditur, vt illa post mortem vtatur:
& hoc priuilegium fuisse in presenti necessarium.
Solum ergo potest inferri ex illo principio, eum, qui
dum viuit, habet priuilegium sepulture, posse illo
post mortem gaudere: vel etiam admitti potest iux-
ta dicta, eum, qui habuit priuilegium assistenti di-
uinis officiis, etiam post mortem posse suo modo eis
interesse, dummodo sepultura Ecclesiastica non
trahatur, quamuis hoc fortasse non sit in vfu: quia
non multum curant homines de illa funerali præ-
sentia, si corpus non est datum Ecclesiasticæ sepul-
ture. Et per hæc satis responsum est ad fundamenta
contrariæ sententiæ.

18. Solum superest aduertendum, hæc omnia pro-
cedere, quando priuilegium loquitur in particulari
de diuinis officiis, seu auditione illorum nam si ge-
neralius cõcedat tali personæ, vt admittatur ad di-
uina, illa sane videtur generalius suspensio interdi-
cti quoad omnes effectus eius, respectu talis perso-
næ. Cuius argumentum sumo ex cap. Si sententia, de
Sententia excommunicationis, ibi: Vno interdicto
ipsum alius hinc aduocatur ad diuina, id est, alius in-
terdictus non est: per illa ergo verba significatur ex-
clusio, vel suspensio (iuxta subiectam materiam) o-
mnium effectuum interdicti.

De pœna, & culpa violentium interdictum quoad
sepulturam Ecclesiasticam.

19. Vltimo (ne specialem quætionem de hoc fa-
cere oporteat) addendum est, grauem pœnam
esse in iure ipso impositam his, qui interdictum
violant quoad hunc effectum: quod est sufficiens
indicium illam esse grauem culpam. Prior pars con-
stat ex Clementina 1. de Sepulchris, vbi excommu-
nicatio ipso iure fertur in eos, qui in loco interdi-
cto aliquem sepeliunt. Quam censuram attigi supra
disputatione 23. sectione 5. & latius disputatione 12.
sectione 4. vbi eandem pœnam declarauimus, pro-
ut incurratur sepeliendo excommunicatum in lo-
co sacro: nam eadem est ratio de vtroque casu: ne-
que hic aliquid addendum occurrit, cum eisdem o-
mnino verbis censura illa in vtroque casu feratur.

Præter hanc pœnam non inuitio aliam ipso iure
latam propter hanc transgressionem: nam si Cle-
rici propriam operam in tali funere exhibeant
proprium munus alicuius ordinis exercendo, ir-
regulares sient, non tamen propter sepulturam,
sed propter executionem ordinis contra inter-
dictum,

De culpa.

dictum: quæ est alia specialis culpa: propter sepul-
turam ergo non est alia poena ipso iure lata, illa ve-
ro sufficit ad indicandam culpam mortalem in hac
transgressionem (quæ erat altera pars proposita) quia
excommunicatio maior non imponitur propter
leuiorem culpam. Est autem hæc culpa adeo grauis,
non propter excommunicationem, sed potius quia
ipsa tam grauis est: ideo est digna excommunica-
tione: est ergo grauis culpa, quia est in materia gra-
ui, & contra absolutam Ecclesiæ prohibitionem;
crefcit tamen ex maiori contumacia, quando addi-
tur excommunicatio.

20.

Mortuus se-
pultus non
incurrit
hanc poenā.
Et ideo non
est exhu-
mandus.
Angelus.

Denique aduertendum est, hanc poenam solum
referri ad viuos, quia in eis tantum est culpa: mor-
tuus enim, qui sepelitur, per se non est particeps
eius: & ideo non est dignus participatione poenæ.
Ex quo infero, si de facto in loco sacro fideles sepe-
liantur, siue bona, siue mala fide sepelientium, non
esse exhumandos, sed ibi relinquendos: quod do-
cuit Angelus, *Interdictum*, 6. num. 13. & alii. Potest
autem dupliciter intelligi. primo, si auferatur inter-
dictum, non esse exhumandos: & hoc per se no-
tum est: quia iam tunc sublatum est impedimen-
tum, ut dixit Glossa cum Innocentio in cap. *Sicuti*,
de Sententia excommunic. in 6. verbo *Sepeliri*.
Nam tunc etiam si fideles propter interdictum
sepulti essent extra locum sacrum, ad illum essent
transferendi, ut etiam dixit Glossa cum Innocen-
tione, & Hostiensis in dicta Clementina. i. verbo *Ei*, de
Sepulturis. Alio modo potest intelligi, quod etiam
durante interdicto exhumandi non sunt: & in hoc
etiam sensu credo id esse verum. Tum quia Eccle-
sia solum prohibet actum sepeliendi: non vero ef-
fectum, sed terminum eius, postquam id est factus:
non enim prohibet fidelium corpora semel sepulta
in loco sacro, in eo manere, licet interdictus sit,
dummodo personæ ipsæ non fuerint speciali censu-
ra affectæ: de quo infra videbimus. Vnde licet fac-
tum illud sepeliendi male factum fuerit, factum ta-
men tenet: neque est illa lex, quæ obliget ad irri-
tandum illud, ut sic dicam, corpus sepulchrum exhu-
mando: vnde cum materia sit odiosa, benignius ac-
cipienda est.

Glossa.
Innocent.

Hostiensis.

21.

Respondetur
obiectioni.

Sed contra, quia eadem ratione personæ prohi-
bitæ semel ingressæ, & admixtæ ad audienda diuina
tempore interdicti, non essent postea excludendæ:
quod est aperte falsum. Item prohibito anteceden-
te, prohibetur id, quod est consequens: argumento
cap. *Item*, de Sententia excommunicationis, in 6.
Quæ ratio etiam in præsentem procedit. Responde-
tur negando consequentiam: quia audire, vel asis-
tere diuinis est actus habens (ut inquitur) tractum
successuum, qui continue durat, & in quo conti-
nue peccatur, quamdiu diuina sunt: & ideo semper
vitandus est ille actus, & expellenda persona prohi-
bita, quoties actus interrumpi, & persona excludi
potuerit. At vero sepultura Ecclesiastica non est
huiusmodi: actio enim illa sepeliendi in loco sacro,
quæ prohibita est, non tamdiu durat, quamdiu cor-
pus sepulchrum manet: & in hoc sensu non habet tra-
ctum successuum pro toto illo tempore, sed finitur
consummato effectu. Et ideo lex, quæ illum actum
prohibebat, iam non obligat, cum iam non duret a-
ctio, quam prohibet, & alias non præcipiat effectum
reuocari.

22.

Explicatur
axioma,
Prohibito
antecedente,
prohiberi
consequens.

Illud autem axioma, prohibito antecedente prohi-
beri consequens, est verum secundum modum
dependentiæ consequentis ab antecedente: nam
si illa sit dependentia ab actione, seu re prohibita
continue durante, seu conseruari, ut aiunt, tunc
semper est prohibitum consequens ratione anteceden-
tis. Tamen si dependentia tantum sit in fieri, &
transacta actione maneat terminus, tunc non est
semper prohibita permanentia termini in se, sed
solum in antecedente, id est in actione, nec fiat: ta-

men si semel fiat, non prohibetur permanere, ut
prohibita fornicatione, in illa prohibetur habere
filium ex illa genitum: tamen si semel ita generatus
sit, non est prohibitum habere illum, aut præce-
ptum, illum de medio tollere. Sic ergo est in præsen-
ti, idemque est quoties vel in ipso termino non ma-
ner aliquid deforme, vel contrariationem, ut est ha-
bere rem alienam in furto, vel nisi in ipsa lege aliud
expressum sit: neutrum autem reperitur in præsen-
ti, ut declaratum est: & alioqui habet nescio quid in-
humanitatis, vel rigoris, exhumare corpus defun-
cti, ceditque in ignominiam, vel dedecus eius, cen-
sebiturque moraliter non parua poena illius: & ideo
ubi à lege non exprimitur, à nobis adiungenda non
est.

SECTIO II.

Quomodo interdictum speciale loci prius ibi Ec-
clesiastica sepultura.



X dictis facile erit hunc effectum in
speciali loco interdicto declarare: nam
ad illum fere omnia dicta accommo-
danda sunt, paucis animaduertis. Ete-
nim iura superius citata, quæ de hoc
effectu loquuntur, in communi de interdicto lo-
cali, & non de solo generali mentionem faciunt:
imo in cap. *Sicuti*, verific. *Ratione*, de Sententia
excommunicationis, in 6. videtur esse in particu-
lari sermo de interdicto speciali alicuius Ecclesiæ.
Et ratio à fortiori procedit: quia non minus prohi-
betur locus specialiter interdictus: solum enim dif-
ferunt in extensione quoad terminos loci, non
vero quoad effectus. Imo in hoc excedit interdictum
speciale, quod in eo non habent locum aliqua priui-
legia concessa tempore interdicti generalis, præter-
tim moderatio, cap. *Alma*, ut supra visum est.

Quo fit, ut licet alia, quæ diximus de interdicto
generali, in speciali locum habeant, illud nihilo-
minus dubium maneat, quod spectat ad priuilegiū
Clericorum concessum in cap. *Quod interdictum* Peni-
tent. & remissio. an scilicet ad interdictum speciale
extendi debeat. Nam ille t exus loqui videtur de
interdicto generali: & ideo extendi non debet ad
speciale, in quo non est eadem necessitas aut ratio,
ut supra in simili dictum est. Atque ita sentit Ioan-
nes Andreas. Oppositum vero absolute docuit Ho-
stiensis: fundatur enim in proportionem inter gene-
rale, & speciale interdictum: quia non plus vnum
operatur in suo loco, quam alius in suo: & ideo spe-
cialis sub generali continetur tanquam pars sub to-
to. Quod fundamentum mihi non probatur, pro-
pter contrariam rationem tactam, & latius expli-
catam circa moderationem cap. *Alma*.

Alii ergo distinctione vtuntur cum Panormita-
no ibidem: nam Clerici (inquiunt) Ecclesiæ speciali-
ter interdictæ, poterunt in ea sepeliri non vero alie-
nus Clericus, scilicet alterius Ecclesiæ. Et hanc opinio-
nem sequitur Couarruias dicta relect. part. 2. §. 2. n.
7. & Syluester, *Interdictum* §. quæst. vlt. qui addit, si
in illo loco non sit alia Ecclesia, nisi interdicta, tunc
posse in ea sepeliri Clericum peregrinum vel alie-
rius Ecclesiæ ibi defunctum, quamuis ipse non ex-
pressè loquatur de Clerico peregrino alterius Ec-
clesiæ: sed de illis Clericis, qui alias Ecclesias non
habent. Sed est eadem ratio de omnibus: vel quia
moraliter non possunt deferri ad propria loca, vel
quia secundum præsentem statum quoad vsum re-
rum sacrarum æstimantur tanquam incolæ illius
loci. Addit etiam, si contingat plures esse Ecclesias,
& omnes esse specialiter interdictas, non oportere
illa distinctione vti: sed quemlibet Clericum cuius-
libet Ecclesiæ illarum, posse in qualibet earum sepeliri:
quia

quia non magis violatur interdictum vno modo, quam alio.

Ex hac vero doctrina Syluestri, quæ probabilis est, colligere possumus distinctionem aliam fortasse magis accommodatam, scilicet contingere posse interdictum speciale quoad hunc effectum æquiuale- re vniuersali, vel permanere omnino in ratione particularis. Prior modus erit, si contingat omnes Ecclesias ciuitatis esse specialiter interdictas cum omnibus cœmeteriis ad fidelium sepulturam destina- tis, vel si vna tantum sit Ecclesia in populo, & illa sit interdicta: in his enim casibus perinde se habent Clerici, quantum ad carentiam loci sacri, in quo se- peliantur, ac si interdictum esset generale. Posterior autem modus erit, si in populo sint plures Ecclesie, & vna tantum vel altera sit interdicta. In hoc ergo posteriori casu nulli Clerici siue alterius, siue eiusdẽ Ecclesie, possunt licite sepeliri in tali Ecclesia inter- dicta: quia cap. *Quod in te*, expresse loquitur de inter- dicta generali: vnde ex vi formalium verborum non comprehendit speciale. Et alioqui nulla est proba- bilis causa, vel ratio extendendi concessionem illã ad illum casum: quia sunt alia loca sacra, in quibus facile possunt Clerici tunc sepeliri: cur ergo concedatur eis, vt in loco interdicto sepeliantur: At vero in priori casu probabiliter fit extensio huius priui- legii ad tale interdictum: quia licet non compre- handatur sub verbis formalibus illius decreti: com- prehendit tamen videtur sub intentione Pontificis: voluit enim, vt omnino possent Clerici tempore interdicti in loco sacro sepeliri: ergo cum in prædi- cto casu moraliter non possint, verisimile est Ponti- ficem sub voluntate, & conceptione sua casum illũ comprehendisse: satisque ad hoc esse, quod interdi- ctum illud virtute, seu reductiue generale sit quoad hoc impedimentum.

Dices: ergo simili modo posset extendi concessio c. *Alma*. videtur enim esse eadem ratio: quod tamẽ simpliciter est à nobis negatum in superioribus. Respondetur, fortasse id non esse magnum incon- ueniens, si res fuisset vsu & autoritate Doctorum comprobata: quia tamen non ita est, nolumus rem nouam introducere, & negamus similitudinem rati- onis. Nam in c. *Alma*, non conceditur priuilegium in gratiam aliquarum personarum, sed propter cõ- mune Ecclesie bonum, vt in principio eiusdem tex- tus dicitur, adhibetur moderatio ipsi interdicto generali, quæ ad prædictũ finem visa est sufficiens: quia interdicto speciali regulariter non est necessa- ria. Et q̃ in aliquo raro casu esse possit vel necessaria, vel valde conueniens, non consideratur à lege. At vero in c. *Quod in te*, conceditur priuilegium in fa- uorẽ Clericorum, vt patet ex illis verbis, *Concedimus tamen ex gratia, vt Clerici*, &c. & per se non considera- tur, q̃ interdictum sit generale, nisi quatenus per il- lud interdictum omnia loca, & Clerici constituũ- tur in necessitate huius concessionis: & ideo quo- ties interdictũ eundem effectum habuerit, seu Cle- ricos in tali necessitate constituerit, generale quoad præsentem effectum iudicabitur. Et ideo tunc sepe- liri poterunt in tali loco quicunque Clerici siue e- iusdẽ, siue alterius Ecclesie: quia priuilegium in hoc nihil distinguit. Cetera, quæ de generali inter- dicto diximus, ad speciale applicanda sunt.

SECTIO III.

An personale interdictum priuet Ecclesiastica se- pulchra.

7.
Differe-
ntia spe-
cialis.



Secundo etiã constat ex dictis, quid di- cedum sit de interdicto personali. Nã si illud speciale sit, sine dubio priuat personam interdictam Ecclesiastica se- pulchra, Clementina 1. de Sepulturis,

Aibi, *Vel nominatim interdictas*. Et ibidem habetur in cap. *Episcoporum*. de Priuileg. in 6. à qua lege com- muni non excipiuntur Clerici per cap. *Quod in te* quia in eo solum est sermo de interdicto locali, & de personis alias non prohibitis: nam priuilegium illud solum respicit, & moderatur loci prohibiti- onem respectu Clericorum. Si autem ipsi propriam, & personalem interdictionem habeant, hæc non tollitur quantum ad hunc effectum ex vi illius con- cessionis. Vnde si clericus culpa sua fuit causa, vt in terdictum locale poneretur, non poterit etiam illo priuilegio frui: quia tunc est personaliter interdi- ctus, vt supra declarauimus. Et ideo in similibus cõ- cessionibus semper intelliguntur exceptæ personæ, quæ dederunt causam interdicto; vt in superioribus visum est, & ex eodem textu fit optima coniectura: nam ille excipiuntur Clerici, qui non seruauerunt interdictum, vt illo priuilegio non fruantur: ergo multo magis intelliguntur excepti, qui causam in- terdicto dederunt; & in vniuersum qui personali- ter, ac specialiter interdicti sunt.

Addunt vero aliqui, etiam hæc habere locum in interdicto generali personali, argumento capitul. *Si sententia*, de Sent. excom. in 6. vbi hoc interdictum generale singulas personas ligare dicitur. Verum- tamen ille textus posset in contrarium retorqueri; quia dicit personas sic ligatas, hoc interdicto gene- rali non posse alicubi audire diuina vel Ecclesiastica recipere Sacramenta. Vnde cum hi duo effectus specialiter exprimantur, & tertius taceatur, videtur indicari, interdictum generale non habere hunc ef- fectum in personis sic tantum interdictis. Accedit quod in Clementina 1. de Sepultur. vbi excommu- nicatio fertur contra violantes interdictum, quoad hunc effectum de interdicto personali, solum dicitur: *Aus nominatim interdictos*: vbi Glossa aduertit, q̃ ex illo textu, & ex similibus colligi posse, personam interdictam non nominatim, in loco sacro sepeliri, dummodo locus ipse interdictus non sit. Quod etiam confirmat cap. *De priuilegiis*, de Priuilegiis, ibi: *Nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti*: & alia iura, quæ in prædicta Glossa citantur. Vnde quod dicitur in cap. *Episcoporum*, de Priuilegiis in 6. de excommunicatis, & interdictis, respectu sepu- lchra sacra, intelligendum videtur de interdictis specialiter: quia ibi non conditur nouum ius quoad effectus interdicti; sed solum quoad nouam penam quibusdam transgressoribus impositam; & ideo il- lud ius intelligẽdum videtur iuxta antiquiora, quæ solum loquuntur de nominatim interdictis. Hæc ergo sententia etiam de iure antiquo videtur mihi valde probabilis; quamuis cap. illud *Episcoporum*, re- possit facere dubiam. Iure autem nouo Extraua- gantis, *Adeuitanda*, existimo auferri omne dubium: quia nisi persona sit nominatim interdicta, non est priuanda Ecclesiastica sepultura, vt constat ex ge- nerali concessione illius Extrauagantis supra expli- cata. Nec satis esse censeo, quod populus sit nomi- natim interdictus; quia illa nominatio est valde ge- neralis respectu singularum personarum talis po- puli. Dices: in dicta Extrauagante solum postulat, vt interdictum sit latum contra certam personam, Collegium, aut Vniuersitatem. Respondeo, id esse intelligendum respectiue: nam vt seruatur respectu Collegii, vel Vniuersitatis, vt sit, sufficit quod Col- legium, vel Vniuersitas sit nominatim interdicta; vt vero seruatur respectu singularum personarum, oportet vt singulæ sint nominatim interdictæ: & ita ex illo textu potius sumitur argumentum in cõtra- rium.

Dices: vt interdictum locale seruandum sit, satis est, quod contra certum locum sit generaliter la- tum nominatim. Respondeo, licet illud interdi- ctum dicatur generale propter amplitudinem loci respectu specialis: tamen reuera omnino ferri circa rem determinatam, & particularem, quæ solum in- cludit

Qui causam
interdicti
dederunt,
conferunt
specialiter
interdictum.

De interdi-
cto generali
personali.

Glossa.

Personam
interdictam
nominatim
non est pri-
uanda Eccle-
siastica se-
pultura.

Respondetur
prima ob-
iectiõ.

Respondetur
secunda.

Innocent.
Panormita.
Felin.
Sylu.
Covarr.

cenfuram, quando fertur in clericis; etiam priuare illos vsu potestatis Ecclesiasticae saltem quoad potestatem ordinis: & consequenter vsu iurisdictionis in foro poenitentiae intra Ecclesiam, quia non possunt ibi celebrare, aut sacramenta ministrare, alioqui irregulares sunt: ideoque cenfuram hanc, prout cadit in clericos, esse veram suspensionem, licet in laicis sit quoddam interdictum, vt patet ex capit. *Latores*. trigesima tertia, quaestio. secund. Sed hoc non recte dicitur: tum, quia censura non variat suam rationem propter solam varietatem subiectorum: hac autem censura generatim late aequae comprehendit laicos & clericos: ergo in omnibus habet eandem rationem censuræ: Non potest autem in omnibus habere rationem suspensionis: habet ergo rationem interdicti. Tum etiam, quia talis censura in clericis lata, non solum priuat illum exercitio ordinis, sed etiam auditione diuinorum officiorum in Ecclesia: quamuis non sub eadem poena irregularitatis sed more laicorum. Priuat etiam sepultura Ecclesiastica, vt patet ex dicto capit. *Is cui*, suspensio autem non habet hos effectus. Denique interdictum etiam personale latum in clericum priuat illum vsu ordinis sub poena irregularitatis, & tamen non propter ea talis censura in tali persona est propria suspensio. Illo igitur argumento solum concluditur, has censuras habere interdum aliquos effectus communes: inde vero non fit, vnam esse alteram, vt supra declarauimus. Adde, loquendo etiam de clericis, in eodem capit. *Is qui*, sepe vocari hanc poenam interdictum, *Is* (inquit) *cui est Ecclesia interdictus ingressus*, cum sibi per consequens censetur in ipsa diuinorum celebratio interdicta, irregularis efficitur, si contra interdictum huiusmodi, &c. Et infra, *Talis quoque, si hoc interdictum durante, &c.* Idem habetur in capit. *Episcoporum*, de Priuilegiis, in sexto, & in capit. *Sacro*, de Sententia excommunic. Quod ergo aliquando effectus huius censuræ per verbum suspendendi explicetur, non refert; quia, vt in superioribus adnotauimus, hæc verba, cum sint priuatiua, seu prohibitiua, interdum sumuntur late, vt communia sunt multis censuris: aliquando vero proprie & specificè, in illis ergo iuribus priori modo sumitur verbum suspendendi pro prohibitione ab ingressu Ecclesiæ, vt patet ex subiecta materia, iuxta quam sunt iura interpretanda. ca. *Intelligentia*, cum ibi notatis de verborum significatione.

4. *Refutatio questionis.*
Dicendum ergo est, poenam illam esse quoddam peculiare genus interdicti: quia est censura quædam, vt in dictis iuribus aperte supponitur: propterea enim definitur, fieri irregularem sacerdotem si illam violando celebret. Est autem censura priuans fideles aliqua participatione diuinorum, non propter communicationem cum aliis, sed per se: conuenit ergo huic censuræ ratio interdicti. Continetur autem sub speciebus supra numeratis quatenus interdictum personale est & non locale. Differt autem ab aliis personalibus, quia non est totale interdictum, sed parziale: & quia forte, addit aliquem effectum, quem non habent alia interdicta personalia.

5. *In quibus conuenit interdicti, hoc cum aliis personalibus & quibus differat.*
Primum declaratur, quia alia interdicta personalia priuant simpliciter participatione diuinorum in omni loco iuxta capit. *Si sententia*, de Sententia excommunic. Hoc autem solum priuat participatione diuinorum in Ecclesia. Quod probat quoad vtramque partem dictum capit. *Is cui*, vbi dicitur, Cui est Ecclesiæ ingressus interdictus, per consequens esse interdictum diuinorum celebrationem in ipsa. Cuius ratio est: tum quia celebratio in Ecclesia supponit necessario ingressum in ipsam: tum maxime, quia hoc interdictum præcipue ferri videtur propter prohibendam sacramentorum administrationem in Ecclesia. Quæ ratio aequae procedit de quacumque participatione diuinorum officiorum in Ecclesia: vt omnes Doctores aduertunt in dicto capit. *Is cui*, & Fr. Suarez tom. 5.

A Innocentius in capit. *Sacro*, de Sententia excommunicationis, numero secundo, & ibidem Panormitanus, Felinus, & alij: Syluest. verb. *Suspensio*, num. 5. & verb. *Interdictum*, sexta, quaestio. 5. & Conarruias in capit. *Alma*, part. secund. §. i. numero tertio. Qui addit, adeo verum esse, hoc interdictum ferri propter prohibenda diuina in Ecclesia, vt alioqui, cessante hac participatione diuinorum, huiusmodi ingressum non prohibeat: quod infra videbimus. Nunc satis est, hoc interdictum conuenire cum aliis personalibus in hoc, quod priuat omni participatione diuinorum in Ecclesia: ita vt sic interdictus nec celebrare in ea possit, nec sepeliri, nec dare aut recipere sacramenta, nec ministerium aliquod sacramentum exercere, nec Missam aut aliud diuinum officium audire. Vnde quoad hoc participat hoc interdictum ea, quæ in superioribus diximus de interdicto personalitatem quoad peccatum, & poenam transgressionis, vt patet ex dicto capit. *Is cui*, quam quoad priuilegia, vt æquitas rationis postulat. Vnde priuilegium, quod conceditur in capit. *Alma*, personis interdictis, vt in quatuor festiuitatibus possint interesse diuinis, etiam extenditur ad personas interdictas ab ingressu Ecclesiæ, poterunt enim illis diebus in Ecclesia interesse diuinis, non tamen celebrare, aut ministrare, quia hoc in dicto capit. *Alma*, non conceditur.

B Altera vero pars continet primam differentiam inter hoc interdictum & alia personalia, scilicet limitationem huius prohibitionis ad Ecclesiam. Et probatur sufficienter ex dicto capit. *Is cui*, ibi, *In ipsa*, & iterum, *In ea*, addendo enim hanc limitationem satis indicauit Pontifex, prohibitionem hanc ad illum locum limitari. Et ita intellexit Glossa, ibi, & omnes interpretes: & Innoc. & Covarr. supra: & Abbas in ca. *Cum dilectus*, de consuet. num. 26. & Nauarr. cap. 27. numer. 170. vbi alios refert. Qui etiam explicant, quid nomine Ecclesiæ intelligendum sit: quod in superioribus iam tetigimus. Et resolutio est, per Ecclesiam intelligi quodlibet templum auctoritate Episcopi publice deputatum ad sacra faciendam, siue illud sit benedictum, siue non, nam hæc est significatio illius vocis secundum communem vsum Ecclesiæ, & sumitur ex cap. pen. de Imm. Eccles. Celebratio ergo, vel participatio diuinorum in tali Ecclesia interdictur per hanc censuram, non vero extralitam. Ratio est, quia per nullam censuram plus prohibetur, quam verba legis, vel sententiam continent, vt supra diximus. Sed ex vi verborum, per quæ fertur hæc poena, non fit prohibitio diuinorum simpliciter: sed cum determinatione Ecclesiæ: ergo non est extendenda prohibitio: ergo extra Ecclesiam omnia alia, quæ antea licebant tali personæ, postea licent, vt est facere sacrum in priuato oratorio approbato, recipere sacramentum vñctionis in domo sua, & quælibet alia sacramenta extra Ecclesiam, vt recte docent iidem auctores, & Nauarr. c. 25. n. 75. & Syluest. *Interdictum*, §. q. 5. qui eodem modo est intelligendus verb. *Suspensio*, nu. 5. circa finem. Neque aliud colligitur ex c. *Latores*, 22. q. 5. nam tota illa prohibitio, de qua ibi est sermo, intelligenda est cum eadem limitatione, scilicet in Ecclesia.

C Quæri autem potest, an sic interdictus extra Ecclesiam existens, possit audire diuina, quæ intra illam fiunt. Videtur enim tunc non violare suum interdictum, quia non ingreditur Ecclesiam, directe autem solum est interdictus à tali ingressu. Itæ alias si è contrario Missa diceretur extra Ecclesiam, peccatum quæ intraret persona sic interdicta illam audiens ex Ecclesia, vt seruatur commutata proportio. Consequens autem videtur falsum; quia ex vi huius interdicti solum in Ecclesia prohibentur diuina. Nihilominus dicendum videtur, non esse licitum personæ sic interdictæ audire Missam, vel officia diuina, quæ in Ecclesia dicuntur, etiam si possit ea audire extra Ecclesiam.

6. *Primum dicitur crimen inter hoc interdictum, & alia personalia.*
Glossa.
Innocent.
Covarr.
Abbas.
Nauarr.

7. *An sic interdictus possit extra Ecclesiam existens audire Missam quæ intra illam celebratur.*

Ccc ecclesiam

Ogerritur
obiciendi.

Corollaria
præcedentis
concl.

Syluester.

eclesiam existens. Ratio est, quia ex vi illius interdicti hoc principaliter prohibetur: ideo enim alicui interdicitur ingressus Ecclesie, ut diuinorum, quæ in ea sunt, particeps non fiat. Dices, hunc esse finem præcepti, & ideo, quamuis in aliquo particulari actu non seruetur, non propterea violari censuram, si alias non agitur contra materiam prohibitam. Respondetur, non esse finem extrinsecum, sed ita intrinsecum, ut contineatur etiam sub materia præcepti prohibita: ita enim interpretantur iura supra citata interdicti. hoc ab ingressu Ecclesie, ut formaliter, seu virtute contineatur prohibitionem omnium diuinorum, non simpliciter, sed in tali loco. Dicere etiam possumus, eum, qui sic audit diuina in Ecclesia, licet non ingrediatur corpore, ingredi animo, & sensum: cum tamen hoc totum prohibitum sit ex vi illius interdicti. Et per hoc responsum est ad primam dubitandi rationem. Ad secundam vero pendet responsum ex his, quæ dicemus circa alteram differentiam.

Et iuxta hanc doctrinam recte dicit Syluester, interdicti. 6. q. 6. si Diaconus v. g. interdictus ab ingressu Ecclesie Euangelium solenniter cæter extra Ecclesiam ipse existens, ministrando tamen sacerdoti dicenti Missam intra Ecclesiam, irregularitatem incurere: quia licet corporaliter videatur ministerium illud extra Ecclesiam exercere: tamen moraliter intra Ecclesiam ministrare censetur: quia sacrum ipsum cui ministrat, intra Ecclesiam fit & ad illud cooperatur. At vero recte iam addit Syluester, si sacerdos extra Ecclesiam sacrum faciat, & Diaconus interdictus ab ingressu Ecclesie, ex Ecclesia illi ministrat cantando solenniter intra Ecclesiam Euangelium, vel Epistolam, etiam tunc fieri irregularem, quia licet hæc Missa extra Ecclesiam dicatur, & actio ministri, quatenus est cooperatio ad illam, videatur ordinari extra Ecclesiam: tamen secundum se sit vera in Ecclesia, estque solennis administratio ordinis contra censuram Ecclesie: & ideo sufficit ad irregul. incurrendam. Addit vero in his casibus etiam sacerdotem facientem sacrum fieri irregularem etiam ipse interdictus, non esset: quia participat cum ministris in crimine. Sed hoc falsum est, quia nulla talis irregul. est in iure lata contra sic participantes: sed solum contra ipsum clericum violentem censuram, quia ipse est ligatus, ut patet ex dict. capit. *Is cui*, nisi ergo ipse sacerdos ab ingressu Ecclesie interdictus sit, hanc irregularitatem non incurrit. Et tunc necesse est, ut intra Ecclesiam sacrum faciat. Nam si extra Ecclesiam diceret, licet Diaconus, v. g. intra Ecclesiam caneret Euangelium, sacerdos non fieret irregularis quia principalis actus eius extra Ecclesiam fit.

Vt iterum vero circa hanc partem inquiri potest, an sic interdictus possit in cœmeterio Missam dicere; vel eam, aut alia diuina officia audire, si ibi dicatur. Aliqui enim asserunt, posse, & citant Glossam cap. *Is cui*, de Sentent. excomm. in sexto, verb. Cœmeterio, quæ re vera id non dicit. Potest autem suaderi, quia cœmeterium in rigore non est Ecclesia: ergo interdictio ingressu Ecclesie præcisè, non Interdicit cœmeterij ingressus: præsertim cum in materia penali, ac propterea odiosa, verba sunt stricte intelligenda. Oppositam vero sententiam tenet Abbas in cap. *Cum Ecclesia*, de Immum. Eccles. Et potest fundari in dict. cap. *Is cui*, nā ibi dicitur, huiusmodi personam sic interdictam, si in eo statu moriatur, non posse sepeliri in cœmeterio Respondent aliqui, hoc ideo esse, quia per tale interdictum priuatur persona Ecclesiastica sepultura, qualis est etiam illa, quæ fit in cœmeterio Ecclesie. Sed hæc responsio non satisfacit: nam, ex vi huius interdicti, non priuatur quispiam sepultura Ecclesiastica, nisi quatenus priuatus est sacro vsu Ecclesie: si ergo ex vi illorum verborum sub eo interdicti. non includitur cœmeterium quoad sacros vsus viuientium: neque, etiam

A includetur quoad vsum sepultura: vel è conuerso, si quoad hunc posteriorem vsum includitur, ut prædicto textu dicitur, etiam includitur quoad alia officia diuina. Quia illud non est peculiari extensione, quæ aliis verbis quoad vsum sepulture facta simul libi enim legitur talis extensio, sed ex vi ipsius interdicti ab ingressu Ecclesie talis effectus sequi censetur. Ratio autem esse videtur, quam ibi tangit Glossa; quia nomine Ecclesie cœmeterium comprehenditur tanquam accessorium sub principali: ut colligitur ex cap. *Si ciuitas*, de Sent. excomm. in 6. ubi interdicta Ecclesia dicitur consequenter esse interdictum cœmeterium: ergo similiter in presenti, cum quis interdictus est ab ingressu Ecclesie eadem ratione interdictus est ab ingressu cœmeterij: nam eadem ratio hic procedit, scilicet quod accessorium comprehenditur sub principali. Sicut etiam sic interdictus celebrans in quacumque capella Ecclesie, sine dubio peccaret, & irregularis fieret, quia qui totum prohibet, quamlibet etiam partem interdicat. At vero quoad hoc æquiparantur cœmeterium & capella argumento dicto cap. *Si ciuitas*.

Insuper vero difficultas ex hac ratione, quia ad summum procedit de cœmeterio Ecclesie cōiuguo, non vero de separato. Nam in di. cap. *Si ciuitas*, dicitur interdicta Ecclesia interdicti cœmeterium contiguum, non vero non contiguum: ergo pari ratione idem erit dicendum in presenti. Est autem ratio, quia cœmeterium quod non est contiguum, non comparatur ad Ecclesiam, ut quid accessorium, sed tantum quidam locus per se distinctus: ideoque non comprehenditur nomine Ecclesie: quod secus est in cœmeterio contiguo. Nihilominus Glossa in d. c. *Glossa*. *Is cui*, dicit, in hoc interd. non oportere distinguere de cœmeterio contiguo, vel non contiguo, & habet fundamentum in illo textu quatenus absolute dicit hominem sic interdictum non debere in cœmeterio sepeliri, nihil distinguens de cœmeterio cōiuguo, vel non contiguo: ergo in neutro potest sepeliri sic interdictus: ergo eadem ratione non potest talis persona interdicta ingredi cœmeterium etiam non contiguum Ecclesie ad quælibet alia diuina officia celebranda, vel participanda; atque ita Glossa prædicta indifferenter loquitur, dicens, cœmeterium quodlibet esse interdictum tali personæ. Vt vero respondeat ad dict. ca. *Si ciuitas*, constituit differentiam inter locale interdictum ipsius Ecclesie, & interdictum personale ab ingressu Ecclesie. nam illud quasi inheret loco, & ideo afficit etiam locum sacrum contiguum, non vero disunctum, hoc vero afficit personam, eamque priuat vsu loci sacri, ideoque non refert locum contiguitas, vel disunctio. Præsertim, quia alias illuderetur interdictum si posset quis sepeliri in cœmeterio non contiguo.

Sed hæc responsio non videtur satisfacere, quia, licet hoc interdictum ab ingressu Ecclesie cadat recte in personam; tamen non simpliciter illam interdicit, sed solum respectu loci expressi in sententia, vel lege: hic autem locus solum est Ecclesia, ut supponimus, & de hoc inquirimus quid nomine Ecclesie comprehendatur: ex dict. autem capi. *Si ciuitas*, colligitur comprehendere cœmeterium contiguum, non vero disunctum, quod non provenit ex eo quod interdictum illud locale est, sed ex ratione supra tacta, quod cœmeterium contiguum est quid accessorium Ecclesie, non vero disunctum: quæ ratio etiam in presenti locum habet: ergo differentia illa nihil ad præsens refert. Neque etiam hinc sequitur eludi hoc interdictum, quia ipsum de se est limitatum ad talem locum: & ideo, si in illo seruetur; non illuditur, etiam si actus similis extra illum locum exerceri valeat: sicut non illuditur hoc interdictum etiam si quis possit celebrare in oratorio priuato.

Est ergo res hæc vtrunque satis dubia. Censetur tamen

Resolutio
quæstionis.

men in primis, ex vi huius interdicti non prohiberi aliquem, quominus possit celebrare divina, aut ea participare, aut eis interesse si fiant in cœmeterio non contiguo alicui Ecclesiæ. Hoc probat optime ratio proxime facta, quia in toto rigore tale cœmeterium non comprehenditur nomine Ecclesiæ; neque est vlla ratio ob quam ad illud fiat talis extensio. Eo vel maxime, quod talis locus non est deputatus ad alios vsus sacros præterquam ad sepulturam Ecclesiasticam: ideoq; respectu aliorum diuinorum officiorum fere se habet sicut alia loca priuata, quauis habeat maiorem quandam decentiam, eo quod aliquo modo locus sacer sit: tamen hoc non est satis, vt sub illo interdicto comprehendatur quantum ad alios actus. Nam etiam priuatum oratorium est aliquo modo locus sacer, & nihilominus Ecclesiæ nomine non comprehenditur.

13
Ex vi huius
interdicti
prohibetur
Ecclesiæ
sepultura
etiam in
cœmeterio
non contiguo.
a. expositio
cap. i. cui.

Nihilominus tamen addo secundo, ex vi huius interdicti prohiberi ecclesiasticam sepulturam etiã in cœmeterio non contiguo. Hoc probat mihi absoluta decisio dict. cap. i. cui, vt supra expendimus. Oportet tamen recolere duplicem interpretationem illius textus, quam in fine superioris disp. tetigimus. Vna est, vt hæc pœna non referatur ad omnem personam interdictam ab ingressu Ecclesiæ sed ad illam tantum, quæ violauit hoc interdictum celebrando in Ecclesiâ. Iuxta quam interpretationem nullum argumentum ex illo loco ad rem præsentem desumi potest: nam, dicemus in illo textu non declarari hunc esse effectum huius interdicti, sed imponi vt specialem pœnam celebranti contra hoc interdictum, atque ita ruit totum fundamentum secundæ sententiæ propositæ. Imo iuxta hanc impositionem ex illo textu non colligitur, hoc interdictum ab ingressu Ecclesiæ habere hunc effectum priuandi ecclesiasticam sepulturam. sed id colligi debet ex illa generali regula supra tradita, quod hoc interdictum habet omnes effectus interdicti personalis non vbi que sed in Ecclesiâ: vnde solum fit priuatio etiam sepultura in Ecclesiâ, non tamen in quolibet alio loco sacro, seu cœmeterio.

14
Alia interpretatio
est expositio
supra.

Hec vero interpretatio illius textus singularis est: alia vero expositio est communiter recepta, & ideo magis probanda, scilicet. ibi declarari hunc, vt effectum talis interdicti, quod magis est consentaneum verbis textus: tum, quia illa relatio, & coninnetio, talis quoque, &c. plane refertur ad personam sic interdictam, de qua vtiq; principaliter erat sermo in textu, & non quatenus nouum crimen commisit: tum etiam, quia illa conditio, si tali interdicto durante, &c. frustra poneretur, si non esset sermo de effectu interdicti, sed de pœna ob transgressionem: nam hæc posset executioni mandari, etiam si interdictum nõ duraret. Igitur in illa parte declaratur hic tanquam specialis effectus interdicti: declaratur autem sub eã conditione, nisi potuerit, quam citato loco disputationis præced. satis explicuimus. Cum ergo ibi absolute dicatur, In Ecclesiâ, vel cœmeterio, quodlibet cœmeteriũ comprehenditur etiã non contiguum. Quomodo autem hæc assertio cum præced. cohereat explicandum superest: cur enim potius quoad hunc effectum fit extensio ad cœmeterium delinquentum quam quoad alios; item respondere oportet ad cap. Si ciuitas, nam repugnate videretur saltē argumento sumpto à paritate rationis.

15
Cum interdictum
ab ingressu
in Ecclesiâ
prohibetur
sepultura in
cœmeterio
separato non
vnde in illo
sacro audi.

Dico igitur, hanc fuisse specialem declarationem illius textus quoad hunc effectum, quæ non fundatur in illo principio quod accessorium sequitur naturam principalis, & sub illo comprehenditur: nam hoc non habet locum in cœmeterio separato, vt recte probatum est: imo neque ad contiguum hic recte applicatur, vt postea dicam: sed fundatur in hoc, quod quantum ad vsum sepulture, perinde se habet quodlibet cœmeterium, sine coniunctum, siue separatum, ac ipsa Ecclesiâ, quia per se & directe est

Fr. Suarez tom. 5.

A locus institutus, ac deputatus ad hunc sacrum vsum sicut Ecclesiâ ad alios: & ideo, quantum ad hanc prohibitionem reputatur tanquam Ecclesiâ. Vnde etiam secundum communem modum loquendi sepultura in tali loco dicitur Ecclesiastica: ob hanc ergo causam facta est illa extensio quoad hunc vsum sepulture. Ex qua non sumitur argumentum ad alios actus: imo ex speciali declaratione hic facta, colligi potest non esse idem de reliquis.

Atque hinc vterius infero, ex vi huius interdicti ab ingressu Ecclesiæ non priuari aliquem ingressu cœmeterij etiam contigui Ecclesiæ, nec celebratione diuinorum officiorum in ipso. Quod sentit Philippus Franc. in d. cap. i. cui, & non nihil fauet cap. Latorem, 33. quæst. secund. vbi quidam interdictus ab ingressu Ecclesiæ ad fores eius assistere, & ibi Deum precari permittitur: ergo nõ intelligitur exclusus ab Ecclesiæ cœmeterio. Ratio est illa generalis, quod verba pœnalia restringenda sunt quâcumque proprietate eorum patitur, nisi vel aliter in iure declaratum sit, vel alia necessaria ratio cogat. Hic autem in rigore nomine Ecclesiæ non significatur cœmeterium: nec est ius aliquod, aut sufficiens ratio, quæ cogat ad illam extensionem faciendam: ergo. Probatur minor, quia, si esset aliquod ius, maxime esset dictum ca. i. cui, vbi declaratur cœmeterium comprehendere quoad effectum priuationis sepulture: ostendimus autem, hoc esse speciale in illo effectu, id est, quod non esse extendendum ad alios: alioqui etiam in cœmeterio non contiguo esset prohibitus talis ingressus, q. falsum esse ostēdi: igitur ex illo textu colligi non potest hæc extensio an cœmeterium etiam contiguum Ecclesiæ. Rursus, si aliqua ratio cogeret, esset maxime illa, quod accessorium sequitur principale: at hoc verum in fauorabilibus, non autem in pœnalibus, & odiosis.

16
Ex vi interdicti
ab ingressu Ecclesiæ
non prohibetur
gressus in
cœmeterio
etiam contiguo.
Philipp.
Franc.

Dices, licet hoc videatur odiosum respectu personæ, quæ interdictitur: tamen respectu Ecclesiæ est fauor: hoc ergo satis est, vt fiat extensio. Ob similem enim rationem in dict. cap. Si ciuitas, interdicta Ecclesiâ, dicitur esse interdictum cœmeterium contiguum. Respondetur nullum fauorem Ecclesiæ ab ipsa intentum in hoc inueniri, quia, quando ipsa interdictitur aliquem ab ingressu Ecclesiæ, id solum intendit, quod verbis declarat: quod si plus voluisset, expressisset, seu declarasset. Nec pertinet, per se loquendo ad fauorem Ecclesiæ, vt pœnalia verba extendantur, alioqui eo titulo semper essent pœnalia intelligenda, contra iuris regulam. Nec capit. Si ciuitas, in eã ratione fundatur, sed alia specialis, scilicet, ne vilipendens valeat sententia interdicti, quæ ratio habet locum in interdicto locali, de quo ibi est sermo: non vero in personali, quale id est, de quo agimus: quia, cum afficiat personam solum in ordine ad talem locum, quamuis extra illum in loco etiam vicino, & contiguo celebrare possit, non propterea contemnitur, aut vilipenditur interdictum.

Excluditur
fundamentum
contra
sententiam
16.

17
Occurrit
obiectioni.
Cap. Si ciuitas.

Non oportet tamen hoc extendere ad Capellas Ecclesiæ, vt supra obieciatur: quia Capellæ reuera sunt partes Ecclesiæ: & ideo sub ipso toto comprehenduntur, quando ingressus Ecclesiæ interdictur: secus vero est de cœmeterio, non enim est pars Ecclesiæ, sed omnino extra illam, & ideo in rigore nomine Ecclesiæ, non comprehenditur quoad pœnalia, nisi vbi id specialiter declaratum est.

18
Capellæ quæ
ad hunc effectum
non minime
Ecclesiæ
venit.

Explicatur alia differentia inter hoc interdictum & reliqua.

Vltimo loco explicanda superest alia differentia, quam supra insinuauimus inter hoc interdictum, & reliqua. Est autem differentia, quia alia interdicta non priuant hominem ab ingressu Ecclesiæ, vt supra visum est: diximus enim, quando diuina officia non celebrantur, posse vnumquemque non obstante interdicto, ingredi Ecclesiâ, & in ea

19

Ccc 2 priuatus

1. Sententia
circa effe-
ctus huius
interdicti.

Couarr.

Nauarr.

Angel.
Sylv.

10

2. Sententia
Sylvest.
Abb.
Calderin.

Ygh. tabu.
6. ca. 16. q. 3.
n. 1. & para.
1. per totum
Innoc.
Felinus.

Panor.

21
Cap. Praesen-
ti 5. q. 2. ex
penditur.

priuat as orationes fundere. At vero hoc interdictum priuat hominem ingressu Ecclesiae, ut verba ipsa sonant. In hac autem differentia non conueniunt Doctores: multi enim sentiunt, ex vi huius interdicti ab ingressu Ecclesiae solum non prohiberi ingressum Ecclesiae ad celebranda, audienda, vel recipienda diuina; non vero ad priuat as orationes fundendas, vel ad alias orationes. Ita sentit Couarr. in cap. Alma, part. secund. §. 1. num. 3. citans Calderinum, Ancharranum, Dominicum, & Francum pro hac sententia. Quam etiam tenet Nauarr. in Summ. capitulo 25. numero 75. citans Archidiaconum & communem in dict. cap. Is cui, & capit. 27. num. 170. referens alios, & sumens argumentum ab excommunicatione, quae maior est censura, & tamen non priuat ingressu ab Ecclesiae propter priuatam orationem. Tenet etiam Angelus verb. *Suspensio*, tertio, numero sexto, Syluest. verb. *Suspensio*, quaest. 5. circa finem, dicitque colligi ex ratione textus in dicto cap. Is cui, nimirum ex illis verbis, *Cum sibi per consequens censetur in ipsa diuinorum celebratio interdicta*: nam hinc videtur colligi, priuatam orationem non esse ibi interdictam. Et hoc etiam videtur tendere ratio, quam Nauarr. assertit, quod prohibitio ingressus Ecclesiae respicit solum diuina officia, ne ea quis faciat vel audiat in Ecclesia. Quod quidem de celebratione constat ex ca. Is qui, de auditione vero exprimitur in cap. praesenti 5. quaest. 2.

Contrariam tamen sententiam tenet Syluest. verb. *Interdictum*, 6. quaest. 6. cum Monaldo, & Venuecio, quos refert: idem tenuit Innocentius in cap. Saero, numer. 2. de Sentent. excommun. Abbas in cap. Cum Ecclesia, numer. quinto, de immunit. Eccles. & Calder. tract. de Interdicto Eccles. men. 2. vers. *Sed queritur*, & Felin. in cap. Anobis, numer. 6. de Excep. Fundamentum esse potest, quia verba illa, *ab ingressu Ecclesiae*, totam hanc vim habere videntur. Et ideo argumentum ab excommunicatione, vel alius censuris sumptum efficax non videtur: nam, licet aliae censurae simpliciter grauioribus sint, haec tamen potest habere aliquid speciale in quo alias superet, cum ipsa specialis sit: & per verba specialia feratur, quae praedictam vim habere videntur. Nec apparet aliquod fundamentum sufficiens ad limitandam hanc prohibitionem ad illa duo capita, scilicet facere, vel audire diuina officia in Ecclesia: quia in dicto cap. Is cui, solum dicitur: prohibito ingressu Ecclesiae, consequenter prohiberi celebrationem diuinorum in ea; non vero excludit quin alia prohibeantur: sed illius effectus meminit, quia intentioni illius cap. deserviebat, scilicet ad explicandam irregularitatem, quae propter violationem huius censuræ incurritur: nam haec propter solam celebrationem diuinorum ex officio incurritur: non vero propter alias actiones contra hoc interdictum, etiam si ex vi illius prohibita sint. imo Panormitanus, supra ponderat verbum illud, *per consequens*: nam ex eo intelligimus ipsum ingressum Ecclesiae per se, ac simpliciter esse prohibitum, consequenter vero celebrationem, quae talem ingressum praerequirat.

Caput autem Praesenti 5. quaest. secund. in primis non videtur in proprio sensu adduci, nam verba eius sunt *Interdicta Ecclesia intrandi licentia & omnia diuina officia audiendi*. Quae duas habent partes, & in priori fertur interdictum ab ingressu Ecclesiae: in posteriori vero noua poena generalior ferri videtur: non enim additum est, *in eas*, sed simpliciter prohibetur audire diuina officia, quod (ex vi talium verborum) intelligitur ubicumque dicantur, quae prohibitio non continebatur in interdicto ab ingressu Ecclesiae, ut constat. Vel certe, si quia omnino velit posteriora verba coniungenda esse prioribus, & referenda esse ad Ecclesiam, dicendum est, illud non fuisse interdictum simpliciter ab ingressu Ecclesiae, sed solum ex parte, seu cum limitatione, scilicet

in intrandi ad audienda diuina officia. Ex quo non licet inferre, quod interdictum ab ingressu Ecclesiae fertur, licet absolute, & simpliciter feratur, non prohiberi nisi actum audiendi, vel celebrandi officia. Alioquin nec receptio sacramentorum in Ecclesia esset prohibita, quia recipere sacramentum, non est audire, vel celebrare diuina officia.

Præterea, quod haec prohibitio extendatur etiam ad orationes priuatas in Ecclesia, videtur apparen- ter colligi ex cap. Latorem, 33. quaest. secund. ibi, *Per annum integrum Ecclesiam non ingreditur, sed ante fores basilicae stans, orans, & deprecans Deum perueniet*. In quibus manifeste est sermo de priuata oratione: & illa permittitur fundi ante fores Ecclesiae, ergo supponitur prohibita intra Ecclesiam ex vi talis censuræ. Illa enim particula *aduersus*, sed ante fores, &c. satis declarat, prohibito ingressu Ecclesiae, illam etiam deprecationem intra illam esse prohibitam, quae ad fores Ecclesiae facienda dicitur. Quod aliter sic vrgere: nam, cum dicitur, *ut sic interdictus stet ad fores Ecclesiae, & ibi deprecetur*, vel intelligitur quod stet ad diuina officia audienda, & deprecandum in eis: & hoc dici non potest, cum id prohibitum sit ex vi talis interdicti, quod supra ostensum est, & sumi potest ex dict. cap. Praesenti, iuxta communem intellectum: vel intelligitur, vel steterit ad deprecandum absque auditione diuinorum, & hoc superflue adderetur, nisi talis deprecatio prohiberetur fieri intra Ecclesiam ex vi illius interdicti.

Quamvis ergo prior sententia & communior & fauorabilior sit, & propterea sim ad eam propensus, & forte in praxi possit probabiliter, & secure seruari: nihilominus in rigore iuris posteriorem sententiam veram esse opinor, quia fundamenta eius solidiora sunt, & nullum fundamentum video sufficiens in ratione, vel iure ad limitandam illo modo prohibitionem ab ingressu Ecclesiae absolute factam, & dictum cap. Latorem, apud me non parum facit, ut illa limitatio non admittitur. Aduersus tamen cum prohibetur ingressus Ecclesiae intelligendum id esse formaliter, ut sic dicam, de ingressu in Ecclesiam, ut Ecclesia est id est, ad vendum eam tanquam loco sacro, & sollemniter instituto ad orandum Deum, vel alia sacra facienda. Vnde non opinor (etiam si Abbas, & nonnulli alij contrarium sentiant) ex vi huius interdicti esse prohibitum omnem ingressum in Ecclesiam solum quasi materialiter sumptum, scilicet vel ad transeundum per eam, ut recte dicit Innocentius supra, vel ad loquendum, aut disputandum, vel quidpiam simile: quia tunc non vtitur aliquis Ecclesia, nisi ut quoddam communi loco: iura autem loquuntur de Ecclesia quoad sacrum aliquem usum.

Quid vero dicendum sit de audienda concione intra Ecclesiam, iuxta priorem opinionem satis constat, iuxta posteriorem vero res est magis dubia. Dicendum vero cenfeo hoc non esse prohibitum, quia nullo iure hoc significatur: & quia, licet actio illa aliqua modo sacra sit, non tamen ita proprie ac per se pertinet ad munus Ecclesiae, quatenus templum est Deo dicatum, sicut pertinet oratio, & aliae actiones similes: item quia verbum Dei nunquam prohibetur, est enim ad conuersionem maxime necessarium. De alijs vero actibus, qui pertinent ad iurisdictionem Ecclesiasticam exterioris fori, ut sunt eligere, absoluerè a censura, & similes, certum est per se non prohiberi in Ecclesia ex vi huius censuræ: quia respectu illorum etiam se habet

Ecclesia mere materialiter, & alioquin tales actus non prohiberentur ex vi Ecclesiastici interdicti, ut ex superioribus constat.